



Off. sg. 4.

19

Q. B. F. F. Q. I. E. D. XXII  
PRAEMISSA AD HOS, II. SEGM. **XXI**  
VOCABULI *pris* EXPLICATIONE  
**XVIII**

---

OMNES MVSARVM PATRONOS, FAVTORES  
AMICOS

AD

**ORATIONEM**  
DE  
INNOCENTIAE HOMINIBVS  
PER EXSVSCITATIONEM CHRISTI  
A MORTVIS PARTAE PRAE-  
STANTIA

AB  
**IO. GOTHOFREDO SCHOENIO**

HILPERHVSANO

IVVENE IVRIS STVDIOSO ET INGENII FELICITATE  
ET DILIGENTIA IN LITERIS COLENDIS ET MORVM  
VRBANITATE QVAM MAXIME COMMENDABILI

FER. I. PASCH. MDCCCLXXXI h.

HABENDAM  
QVA DECET OBSERVANTIA

INVITANT  
**DIRECTOR**  
ET  
**RELIQVI PROFESSORES**

---

COBURGI, FORMIS AHLIANIS

**P**sl. 24, 5: Qui haud nuncupat ad mendacium vitam suam, neque adiuratur doli causa, Accipiet dona a Iehouah כָּרְכָּר וְאֶתְּנוֹתָר aetque innocentiam a Deo Seruatore suo. Graecus, vt alias, sic etiam hic minus accurate conuerit: καὶ ἐλεημοσύνην παρὰ Θεὸς Σωτῆρος ἀντί, et eleemosynam a Deo Seruatore suo. Quia idem vocabulum eleemosynae apud Graecos etiam est misericordia, ad hunc significatum tanquam ad scopulum adhaeserunt Vulgatus interpres ac Theodoretus. Ille conuerit secundum codicem S. German. et misericordiam a Domino salutare suo. Hic occasionem arripit monendi, non iustitiam humanam, sed misericordiam diuinam esse causam omnium donorum in eodem segmento commemoratorum. Sed optimus Davidis explicator est eiusdem filius Salomon i Reg. 8, 32 a Deo petens, vt in templo recens exstructio falso iurantes condemnnet, vera autem iure iurando firmantes declaret innocentibus, eisque reddat ius et sententiam absolvitoriam. Quae iam annotauit Eques III. I. D. Michaëlis, hunc locum sic convertens: Der wird Seegen vom Iehoua erlangen, vnd Gerechtigkeit von dem Gott, der ihm hilft.

Psalm. 35, 24: Iudica meo commodo כָּרְכָּר secundum innocentiam sive acquitatem tuam Iehouah. Interpretes vocabula כָּרְכָּר vel כָּרְכָּר, ειναιος vel διαισθενη, iustus aut iustitia et Arab. כָּרְכָּר adhibentes non amplius commemorare necesse est. Latinus in codice S. Germani habet: Iudica

me secundum misericordiam tuam Domine, Deus meus. At in hoc codice alias etiam multa perperam sunt mutata, id quod iam annotatum est a D. Petr. Sabatier, Monito in Psalm. p. 1. Itaque respexit Germanus vocabulum ἐλεημοσύνης, quod in hoc quidem loco non reperitur, sed saepe alibi, ex Iudeorum Alexandrinorum credo interpolatione, a LXX ponitur, vbi sententia aliam postulat translationem. Vulgatus certe, ut Hieronymus, retinuit iustitiam. Isaacides adscripsit: קְרַב לְמִשְׁפָט אֶרְקָן מִרְבֵּן Sume mibi poenam iustum de illis.

Psalm. 35, 27: Iubilenti et laetentur fauentes נְצָרָע cause mee iustae. Hieronymus haec verba sic explicat: "Exultent et laetentur qui volunt iustitiam meam, Christum exceptantes, qui est iustitia Patris. Vel exultent et laetentur qui volunt iustitiam meam, id est, sancti qui volunt iustitiam Dei adimplere, ipsi exultent et laetentur de remuneratione vitae aeternae." Theodoretus sequitur Codicis Aldini translationem: Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ ἐνθαυτίσσαν οἱ θέλοντες τὴν δικαιοσύνην μαζαὶ καὶ ἐπάτωσαν διαπαντός, μεγαλυθήτω ὁ κύριος, οἱ θέλοντες τὴν εὐενήν τῷ δόξῃ αὐτῷ. Exultent ac laetentur fauentes cause mee iustae, et dicant semper, magnificetur Dominus, studentes felicitati ministri eius. Ezrides adscripsit: כָּשֵׂר וּבוֹשֵׂר שְׁמָחוֹ רְעֵת אֲזָרְקוֹ וּגְרָלְיוֹ כָּנָגְדָּלוֹת עַל- Quemadmodum dictum est segm. 26: Erubescant laetati de calamitate mea, tunc laetabuntur cupientes videre innocentiam siue acquitatem eius Iehouae, ut magnus sit Iehouah, cui opponuntur segm. 26, magnificantes se aduersus me. Ezrides ergo

CXXXII f. XXVIII. Psalm 35, 27 exponitur.

ergo vel legit קְדוּם vel צָדִיק explicit per aequitatem sive  
innocentiam mibi praestitam, nisi forte peccatum sit typographicum in Bibliis Buxtorfianis, ut Ezrides scripserit  
קְדוּם hac sententia, tunc laetabuntur cupientes videre innocentiae meae declarationem. Melechides addit: פִּירֹשׁ צָדִיק וּמוֹת שָׂרָאוּן Explicatur קְדוּם et quod rectum, et  
quod conueniens mibi est. Sic δίκαιος ponitur pro שָׁרֵךְ Prou.  
4, 25 et 7, 26. Eques Ill. I. D. Michaëlis adscriptis: Es  
jauchzen und frolocken, die meine Rechtfertigung wünschen! Quae verba sic interpretatur: Man muss hier  
nicht an diejenige Gnadenwohlthat Gottes denken, die  
wir in der Glaubenslehre die Rechtfertigung nennen:  
sondern an eine Rechtfertigung der Sache Davids vor  
den Augen der Welt, die darin besteht, wenn Gott seine  
gerechte Sache siegen, vielleicht auch durch andere Mit-  
tel seine Unschuld, und den Betrug seiner Feinde an den  
Tag kommen lässt.

Theodoreetus quidem addit: Ἀγαλλόμενοι δὲ καὶ χαίρον-  
τες διατελέσθωεν οἱ τὰ ἀγαθά μοι βελόμενοι, καὶ τῆς εἰρήνης τῆς ἐρήνης.  
Οἱ οὐρανοὶ καὶ τάντα τυχόντα θεασάμενοι, σὲ τὸν δεσπότην ὑμίσταν.  
Perpetuo exultent et gaudeant bene mibi cupientes, ac felici-  
tatis meae studiosi, si mibi eandem contigisse videant, te Do-  
minum laudent. Theodoreetus alias τῷ δίκαιῳ causam iu-  
stam significari, non ignorat. Sic idem ad Psalm 7, u. 12  
Tom. I. p. 648 commemorat δικαίαν βοήθειαν, auxilium iu-  
stas habens causas, δικαίας τιμωρias, poenas iustis causis ni-  
xias, et πανωλεθρίαν τῷ δίκαιον ἐχθρού, interencionem iustas ob-  
causas faciendam. Porro δικαία ἐπιμεγία eidem ad Pl. 13, 6  
Tom.

*f. XXVIII. Psalm. 35, 27 exponitur. CXXXIII.*

**Tom. I p. 679** est auxilium in causa iusta. Idem ad Ps. 27.  
7, Tom. I p. 771 scribit: Ἐλεον μὲν αἰτεῖ, ὡς ἀδικοῦ δὲ, ἀλλὰ  
καὶ μάλα δίκαιον. Misericordiam petit, non in iniusta, sed  
quam iustissima causa, quod hostes nocentes, neque ab  
ipso essent laesi. Eadem ad Ps. 57, 5 Tom. I p. 979 τὸ δί-  
καιον τῆς Φιλανθρωπίας est benignitas in causa iusta. Idem  
ad Rom. 9, 21 Tom. III p. 106 annotat: ἔχει δὲ καὶ η Φιλαν-  
θρωπία τὸ δίκαιον. Benignitas autem iustas etiam habet  
causas.

Ps. 36, 7: צְדָקַתךְ Aequitas tua siue iustitia, qua ab-  
soluis innocentes est instar montium ingentium. Arabs po-  
nit עֲدָלָה et Aethiops וּרְתַּחַן aequitas tua etiam est instar  
montium ingentium. Vulgatus habet: Iustitia tua sicut  
montes Dei. Eques Ill. I. D. Michaëlis conuertit: Deine  
Gerechtigkeit ist wie die Berge, atque adscribit: Die vest-  
stehende Gerechtigkeit Gottes wird mit den Bergen, die  
er unbeweglich gegründet hat, verglichen. Isaacides  
hanc affert aliorum interpretationem: Iustitia tua est in-  
star rupium robustarum: מִשְׁאָתָה רֹוחֶת לְעֹשָׂות צְרוּחָה עַמְּךָ euicunque tu vis confidere sententiam absolvitorum, eum  
exaltas et corroboras instar rupium robustarum, significatu  
roboris, ut Ezech. 17, 13 — quem tu vis iudicare atque ul-  
eisci, eum demergis in mare magnum. משפטך iustitia in-  
lingua peregrina. Graecus apud Theodoretum scripsit:  
Καὶ ἡ δικαιοσύνη σὺν ὧς ὅρη Θεός, adiacentem: Ἐκένοι μὲν ἐν, ὡς  
μηδενὸς ἐφωρῶντος, τοιάντα περίττες ἐπιχειρήσοι. Σὺ δέ, Δέσποτα,  
καὶ ἔλεος ἔχεις αἱμέτερον, καὶ αἰλίθειαν αἱδάθερτον, καὶ δικαιο-  
σύνην ὄρεστον παραβαλλομένην μεγίστους. Καρέει δέ σὺ καὶ μέχερ

CXXXIV f. XXVIII. Psalm. 36, 7 exponitur.

τῶν ἀνθεότων ἡ ἀλήθεια, διὰ τῶν προφητῶν, οἷον διά των νεφελῶν, τὸν σωτῆριον αὐτοῖς ὑετὸν χαρηγγύσα. Τὰ κείματά σε ἀβυσσος πολλῇ. Τοσάντην δὲ ἔχων ἀλήθειαν καὶ δικαιοσύνην, τίος ἔνεκα μακροθυμεῖς, ἀγνοᾶς. Τὸ τῆς ἀβύσσου ἀθεότηταν μιμεῖται σε τὰ κείματα. Καθάπερ γὰς ἐπέντης ἀνθεώποις αἰθαέντος ὁ βυθὸς, ἔτως ἀνέφικτος τῶν σῶν κείματων ἡ κατανόησις. Illi quidem, quasi nomine inspectante, haec committere in animum inducunt. Tu vero, Domine, et misericordia uteris immensa, et veritate infinita, et iustitia maximis cum montibus comparanda. Veritas autem tua usque ad homines etiam abit, per prophetas, tanquam per nubes quasdam salutarem eis supereditans pluviam. Iudicia tua sunt abyssus magna. Tanta ergo quum tibi sit veritas et iustitia, quare animo sis lenius ignoro. Impenetrabilem abyssum imitantur iudicia tua. Quemadmodum enim illius profunditas hominibus est impenetrabilis, sic tuorum etiam iudiciorum incomprehensa est cognitio. Theodorethus ergo hic etiam, δικαιοσύνην sive iustitiam τῷ μακροθυμεῖν lenitati, ac benignitati opponit, id quod alias etiam facere solet. In Haereticarum enim Fabular. Compend. Lib. I cap. 24 Tom. IV. Opp. p. 314. edit. Schulz. scribit: ο γὰς δὴ Κέρδων, ἐγένετο μὲν ἐπὶ Αυτωνίῳ τῷ πρώτῳ, ἐφ' δὲ, ἄλλον εἶναι θεὸν τὸν Πατέρα τὸν Κυρίον ἡμῶν Ἰησὸν Χριστόν τοῖς προφήταις, ἄλλον δὲ τὸ παντὸς ποιητὴν, καὶ τὸ νέρμα τὸ Μωσαῖκὸν νομοθέτην, καὶ τὸν μὲν εἶναι δίκαιον, τὸν δὲ ἀγαθόν. Cerdon quidem exstitit Antonio primo imperante docens, aliud esse Deum patrem Domini nostri Iesu Christi prophetis ignotum, alium autem omnium rerum cretorem et Mosaicæ legis latorem, hunc quidem esse rigidum sive seuerum, illum autem bonum sive benignum. Eodem significata

catu rigidi siue iusti usus est Herodot. II. c. 149 p 177, edit.  
Wesseling. οἱ δὲ ἑκατὸν ὁργυιαι, inquiens, δίκαιαι εἰσι σάδιοι,  
ἴξαπλεθέον. Εὖπερδὲ μὲν τῆς ὁργυῖης μετρεομένης καὶ τετραπτί-  
χεος, τῶν ποδῶν μὲν τετραπταλάσιων ἔοντων, τῷ δὲ πήχυος ἐξαπτα-  
λάσις. Centum ὁργυιαι iustae sunt stadium pedum sexcento-  
rum. Ὁργυια quidem sex pedum et quatuor ulnarum men-  
suram complectitur, pedibus singulis quaternos palmos, vlnis  
autem senos palmos continentibus. Wesselingius adscripsit:  
“Οργυιαι δίκαιαι] Perperam ultimum quibusdam in MSS.  
“negligitur. Aelianus H. Anim. XV, 9 μῆνος μὲν δύν προή-  
“καν εἰς πεντεκαίδεκά περ πόδας μετρημένες δίκαιώ μέτρῳ.  
“Alexandrini interpretes Leuit. XIX, 36. Ξυγὰ δίκαια καὶ  
“σαδρία δίκαια, et aliis saepe in locis.” Hunc significa-  
tum iustae mensurae, iustorumque finium, aequitatis et con-  
venientiae vocabulo δίκαιος tribuit etiam Theodoreetus ad  
Rom. 5, 15. 16 Tom. III. Opp. p. 58, scribens: ἐπὶ τῆς τι-  
μωρίας — οἱ δεσπότης θεὸς τῇ δίκαιᾳ τὸν ὄφον ἐφύλαξε, καὶ τῇ  
Ἄδαμ πραγτηπότος, καὶ τῷ Θανάτῳ παραδοθέντος, ἀπαν ἡκολό-  
θησε τὸ γένος· πολλῷ δῆπεθεν δίκαιότερον ἐπὶ τῆς τῇ θεῷ Φιλαν-  
θεωπίας Φιλαχθῆναι τὸ δίκαιον, καὶ τῆς τῇ δεσπότῃ χριτῷ πάν-  
τας αὐθεώπτες μεταλαχθὲν ἀνατίσσεως. — — — τιεζθαίνει —  
ἡ τῆς χάριτος Φιλοτιμία τῇ δίκαιᾳ τὸν ὄφον. In poena — Do-  
minus Deus iustos fines obseruauit, ut Adamo peccante ac  
morti tradito, omnis eum sequeretur progenies: longe certe  
conuenientius erat, in Dei benignitate obseruari aequitatem,  
ut omnes homines Domini Christi participes fierent resurrectio-  
nis. — — Transgreditur — ad beneficia exhibenda pro-  
pensiō fines conuenientiae siue iustae proportionis.

CXXXVI ps. XXVIII. Psalm. 48, ut exponitur.

Ps. 48, II רְאֵת אֲקִיטָתִיס, siue iustitiae qua absoluunt  
innocentes plena est dextra tua. Arabs ponit אַלְעָתָה aequi-  
tatis. Eandem aequitatem in mente habuit Hieronymus  
adscribens: In his, qui in iudicio in dextera parte sunt col-  
locandi. Chrysostomus quidem δικαιούντων, iustitiae vo-  
cabulum explicat per illa Φιλανθρωπίας, ἐυεγεσίας,  
humanitatis, beneficentiae, quem Flacius et Pricaeus se-  
quentur. At Theodoretus adscripsit: Δικαία γὰρ ψήφῳ  
χειροτόμενος, τὸς παθ' ἡμῶν ἐπανασάντας πολεμίας ἐπινέδασσε.  
Iusto enim decreto usus, insurgentes aduersus nos dissipasti ho-  
stes. Amama adiecit: "Non abuteris potentia tua:  
"צְדָקָה et שְׂדָךְ dicunt differre a חֶסֶד Ebrael. Ut צְדָקָה sit  
"qui facit, quod tenetur, סְדָךְ qui facit, quod non tene-  
"tur. Sed hoc Deo aptari non potest." Eques III, I,  
D. Michaël. conuertit: Deine rechte Hand ist voll von  
Gerechtigkeit.

3d 6020 II

(2)

ULB Halle  
003 772 209

3



TA-206

KM W



B.I.G.

Farbkarte #13



COSVURGI, FORMIS AHLIANIS

Q. B. F. F. Q. L. E. D.  
PRAEMISSA AD HOS. II. SEGM. XXI  
VOCABULI PRÆ EXPLICATI<sup>ON</sup>E  
**XVIII**

OMNES MVSARVM PATRONOS, FAVTORES  
AMICOS

AD  
**ORATIONEM**  
DE  
INNOCENTIAE HOMINIBVS  
PER EXSVSCITATIONEM CHRISTI  
A MORTVIS PARTAE PRAE-  
STANTIA

AT  
**IO. GOTHOFREDO SCHOENIO**

HILPERHVSANO

IVVENE IVRIS STVDIOSO ET INGENII FELICITATE  
ET DILIGENTIA IN LITERIS COLENDIS ET MORVM  
VRBANITATE QVAM MAXIME COMMENDABILI

FER. I. PASCH, MDCCCLXXXI

HABENDAM

QVA DECET OBSERVANTIA

INVITANT

**DIRECTOR**

ET

**RELIQVI PROFESSORES**